

gravia peccata denegat absolutionem, quam sententiam illa tacita excipit. Absolutis ceteris S. ad distribuendam ss. communionem properat, et dicens: misereatur cet. inter genuflectentes ad sacram mensam Gertrudem non absolutam conspicit. Parvam moram faciens, dicit secreto absolutionem super Gertrudem eique ut ceteris, ss. porrigit sacramentum. — An recte?

1^o Gertrudi publice petenti ss. sacramentum non potuit non dare; et in hoc bene se gessit S. 2^o Porro, si probabilis opinio illi erat, Gertrudem bona fide accedere ad sacram mensam — quod inde fieri potuit quia Gertr. sententiam denegantem absolutionem non satis intellexit ideoque se absolutam existimavit, — tunc bene egit S. eam absolvendo, quia hac absolutione, in casu necessitatis poenitenti data, ipsius animae vulneribus mederi et sacrilegium praecavere verosimile potuit. Sin talem opinionem de bona fide Gertrudis effingere minime potuit, tunc perperam fecit S. abutendo absolutionis forma. R. P.

X. (Krankenöl im Pfarrhause.) Ist es erlaubt, das heilige Krankenöl im Pfarrhause aufzubewahren und kann man sich hierin auf eine Gewohnheit berufen?

Der Congregation der Riten wurde folgende Frage vorgelegt: Sacerdotes curam animarum exercentes pro sua commoditate apud se in domibus suis retinent Sanctum Oleum Infirmorum: quaeritur, an, attentae consuetudine, hanc praxim licite retinere valeant? Die vorgelegte Frage wurde von der Congregation (16. Dec. 1826 in Gandaven. ad. 2, n. 2) also entschieden: „Negative et servetur Rituale Romanum: excepto casu magnae distantiae ab ecclesia, quo in casu omnino servetur etiam domi Rubrica quoad honestam et decentem tutamque custodiam.“ A. P.